

XVI CONGRESSUS INTERNATIONALIS IURIS CANONICI MEDII ÆVI
MISSA INAUGURALIS, DOMINICA DECIMA SEXTA ANNO C « PER ANNUM »
A.D. 2022, in ecclesia Sancti Francisci Xaverii, in civitate Sancti Ludovici, 6:00 p.m.

Praeludium

Jean Langlais – *Prélude modal (Vingt-quatre pièces op. 6)*

Antiphona ad Introitum

Cantor vel Schola: Ecce Deus adiuvat me, et Dominus susceptor est animæ meæ: averte mala inimicis meis, in veritate tua disperde illos, protector meus Domine. *Ps.* Deus in nomine tuo salvum me fac: et in virtute tuo iudica me. Gloria patri, etc. (*Versus desumpti de Ps. 53: 6–7 et 3.*)

Ritus initiales

Episcopus: In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. *Omnes:* Amen.

Ep.: Pax vobis. *Omnes:* Et cum spíritu tuo.

Ep.: Fratres, agnoscámus peccáta nostra ut apti simus ad sacra mystéria celebránta.

Ep.: Miserére nostri, Dómine. *Omnes:* Quia peccávimus tibi. *Ep.:* Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam. *Omnes:* Et salutáre tuum da nobis. *Ep.:* Misereártur nostri omnípotens Deus et, dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam. *Omnes:* Amen.

K Y-ri- e * e- lé- i-son. ij. Chríste
e- lé- i-son. ij. Ký-ri- e e- lé- i-son. Ký-
ri- e * e- lé- i-son.

5. G Ló-ri- a in excélsis Dé- o. Et in térra pax homíni-
bus bónae vo-luntá-tis. Laudá-mus te. Benedí-cimus te.

Ado-rá-mus te. Glo-ri- ficámus te. Grá-ti- as ágimus tí- bi
propter mágnam gló-ri- am tú- am. Dómine Dé- us, Rex cae-

lé-stis, Dé-us Pá-ter omní-pot-ens. Dómine Fí-li unigéni-
 te Jé-su Chrí-ste. Dómine Dé-us, Agnus Dé-i, Fí-li-us
 Pá-tris. Qui tóllis peccáta mún-di, mi-se-ré-re nó-bis. Qui
 tól-lis peccá-ta mundi, súscipe depreca-ti-ónem nó-stram.
 Qui sédes ad déxteram Pá-tris, mi-seré-re nó-bis. Quóni-am
 tu só-lus sánctus. Tu só-lus Dómi-nus. Tu só-lus Altíssi-
 mus, Jé-su Chrí-ste. Cum Sáncto Spí-ri-tu, in gló-ri-a
 Dé-i Pá-tris. A-men.

Ep.: Orémus. Propitiáre, Dómine, fámulis tuis, et cleménter grátiæ tuæ super eos dona multíplica, ut, spe, fide et caritáte fervéntes, semper in mandátis tuis vígili custódia persevérēnt. Per Dóminum, etc. Omnes: Amen.

Lectio ***Lectiones***

Lectio prima: Gen. 18: 1–10a: « Domine, ne transeas servum tuum ».

Léctio libri Génésis: In diébus illis: Appáruit Ábrahæ Dóminus in conválle Mambre, sedénti in óstio tabernáculi sui in ipso fervóre diéi. Cumque elevásset óculos, apparuérunt ei tres viri stantes prope eum; quos cum vidísset, cucúrrit in occúrsum eórum de óstio tabernáculi, et adorávit in terram. Et dixit: « Dómine, si invéni grátiam in óculis tuis, ne tránseas servum tuum; sed áfferam pauxíllum aquæ, et laváte pedes vestros, et requiéscite sub árbore. Ponámque buccéllam panis et confortáte cor vestrum; póstea transíbitis; idcírco enim declinástis ad servum vestrum ». Qui dixerunt: « Fac ut locútus es ». Festinávit Ábraham in tabernáculum ad Saram, dixítque ei: « Accélera, tria sata símilæ commísce, et fac subcinerícos panes ». Ipse vero ad arméntum

cucúrrit, et tulit inde vítulum tenérrimum et óptimum, dedítque púero; qui festinávit et coxit illum. Tilit quoque butýrum et lac et vítulum, quem cóixerat, et pósuit coram eis; ipse vero stabat iuxta eos sub árbore. Cumque comedíssent, dixérunt ad eum: « Ubi est Sara uxor tua? » Ille respóndit: « Ecce in tabernáculo est ». Cui dixit: « Revértens véniam ad te témpore isto, vita cómite, et habébit filium Sara uxor tua ». – Verbum Dómini. *Omnes*: Deo grátias.

Psalmus responsoriū: Ps. 14(15): 2–3ab, 3cd–4ab, 5

I. *Cantor* II. *Omnes*

Dó-mi- ne, quis ha-bi- tá bit in ta-ber- ná-cu- lo tu- o?

Cant.: Qui ingréditur sine mácula, et operátur iustítiam;
qui lóquitur veritátem in corde suo,
qui non egit dolum in lingua sua.

Omnes: Dómine, *etc.*

Cant.: Nec fecit próximo suo malum,
et opprórium non íntulit próximo suo.

Ad níhil reputatus est in conspéctu eius malígnus,
timéntes autem Dóminum gloríficat.

Omnes: Dómine, *etc.*

Cant.: Qui pecúniam suam non dedit ad usúram,
et múnera super innocéntem non accépit.
Qui facit hæc, non movébitur in æténum.

Omnes: Dómine, *etc.*

Lectio secunda: Col. 1: 24–28: « *Mysterium absconditum a sacerdotiis, nunc autem manifestatum sanctis* ».

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Colossénses: Fratres: Nunc gáudeo in passióibus pro vobis, et adímpleo ea quæ desunt passiónum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclésia, cuius factus sum ego miníster secúndum dispensatióne Dei quæ data est mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei, mystérium quod absconditum fuit a sacerdotiis et generatióibus – nunc autem manifestátum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas fácere divítias glóriæ mystérii huius in géntibus, quod est Christus in vobis, spes glóriæ; quem nos annuntiámus, commonéntes omnem hóminem et docéntes omnem hóminem in omni sapiéntia, ut exhibeámus omnem hóminem perféctum in Christo. – Verbum Dómini. *Omnes*: Deo grátias.

Alleluia

I. *Cantor* II. *Omnes*

Cant. vel Schola: Éripe me de inimícis meis, Deus meus: et ab insurgéntibus in me líbera me.
Omnes: Alleluia. (*Versus desumptus de Ps. 58: 2.*)

Evangelium: Luc. 10: 38–42 « *Martha exceptit illum. Maria optimam partem elegit.* »

Diaconus: Dóminus vobíscum. *Omnes:* Et cum spíritu tuo. *Diac.:* Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam. *Omnes:* Glória tibi, Dómine.

In illo témpore: Intrávit Iesus in quoddam castéllum, et múlier quædam Martha nómine excépit illum. Et huic erat soror nómine María, quæ étiam sedens secus pedes Dómini audiébat verbum illius. Martha autem satagébat circa frequens ministérium; quæ stetit et ait: « Dómine, non est tibi curæ quod soror mea relíquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me ádiuet ». Et respóndens dixit illi Dóminus: « Martha, Martha, sollícita es et turbáris erga plúrima, porro unum est necessárium: María enim óptimam partem elégit, quæ non auferétur ab ea ». – Verbum Dómini. *Omnes:* Laus tibi, Christe.

Credo (cantandum secundum « Credo III »)

Ep. vel Cant.: Credo in unum Deum. || *Omnes:* Patrem omnipoténtem, | factórem cæli et terræ, | visibílum ómnium | et invisibílum. || Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei unigénitum, et ex Patre natum ante ómnia sácula. || Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero, || génitum, non factum, consubstantiálem Patri: | per quem ómnia facta sunt. || Qui propter nos hómines et propter nostram salútem descéndit de cælis. || Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine, | et homo factus est. || Crucifixus etiam pro nobis sub Póntio Piláto; passus et sepultus est, || et resurréxit térlia die, secúndum Scriptúras, || et ascéndit in cælum, | sedet ad déxteram Patris. || Et íterum ventúrus est cum glória, iudicáre vivos et mórtuos, | cuius regni non erit finis. || Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: | qui ex Patre Filióque procédit. || Qui cum Patre et Filio simul adorátur et conglorificátur: | qui locútus est per prophétas. || Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiam. || Confiteor unum baptísma in remissióne peccatórum. || Et exspécto resurrectiōnem mortuórum, || et vitam ventúri sáculi. || Amen.

Oratio universalis

Ep.: Ad Deum Patrem omnipoténtem, qui vult omnes hómines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, tota mentis nostræ, fratres caríssimi, dirigátur orátio.

Lector: Pro Ecclésia sancta Dei; ut eam, Dómine, custódias et fóveas, exaudíre dignérис. *Omnes:* Te rogámus, audi nos.

Lector: Pro pace in terris et præsértim in Ucraina; ut inter omnes pópulos, Dómine, concórdiam serves, exaudíre dignérис. *Omnes:* Te rogámus, audi nos.

Lector: Pro ómnibus qui váriis premúntur necessitatibus; ut omnes, Dómine, súbleves, exaudíre dignérис. *Omnes:* Te rogámus, audi nos.

Lector: Pro nobismetípsis ac pro nostro congréssu; ut nos omnes, Dómine, hóstiam tibi acceptábilem admíttas, exaudíre dignérис. *Omnes:* Te rogámus, audi nos.

Lector: Pro ómnibus fidélibus defúnctis et præsértim pro Josépho, Federíco, Jacóbo, Catherína, Linda, Stepháno, Richárdo, Petro, Petro, Donáldo, Elizabétha, Andréa, Canúto, Briáno, et Radúlpho, ut eos, Dómine, ad lumen vultus tui admíttas, exaudíre dignérис. *Omnes:* Te rogámus, audi nos.

Ep.: Deus, refúgium nostrum et virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, et præsta, ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. *Omnes:* Amen.

Offertorium

Antiphona ad Offertorium. Cant. vel Schola: (Alessandro Scarlatti) Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: et judicia eius dulciora super mel et favum. Nam servus tuus custodit ea.

Ep.: Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largítate accépimus panem, quem tibi offérimus, fructum terræ et óperis mánuum hóminum: ex quo nobis fiet panis vitæ. *Omnes:* Benedíctus Deus in sǽcula.

Ep.: Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largítate accépimus vinum, quod tibi offérimus, fructum vitis et óperis mánuum hóminum: ex quo nobis fiet potus spiritális. *Omnes:* Benedíctus Deus in sǽcula.

Ep.: Oráte, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem. *Omnes:* Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nómminis sui, ad utilitátem quoque nostram totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

Ep.: Deus, qui legálium differéntiam hostiárum uníus sacrificii perfectióne sanxísti, áccipe sacrificium a devótis tibi fámulis, et pari benedictióne, sicut múnera Abel, sanctífica, ut, quod sínguli obtulérunt ad maiestátis tuæ honórem, cunctis proficiat ad salútem. Per Christum, etc. *Omnes:* Amen.

Prex eucharistica

Ep.: Dóminus vobíscum. *Omnes:* Et cum spíritu tuo. *Ep.:* Sursum corda. *Omnes:* Habémus ad Dóminum. *Ep.:* Grátias agámus Dómino Deo nostro. *Omnes:* Dignum et iustum est.

Ep. dicit præfationem ad libitum usque ad: sine fine dicéntes. *Omnes:* Sanctus, etc.

Anctus, * San-ctus, Sanctus Dó-mi-nus De-

Sá-ba-oth. Ple- ni sunt cae- li et ter- ra gló- ri-

tu- a Ho-sánnna in ex- cél-sis. Be-ne-dictus c

ve-nit in nó-mi-ne Dó-mi-ni. Ho-sánnna

in ex- cél-sis.

Ep. dicit precem eucharisticam ad libitum usque ad: Mystérium fidei. *Omnes:* Mortem tuam, etc.

R. Mortem tu-am annun- ti- amus, Dómine, et tu-am resurre-

cti- ónem confi- tému- r, donec véni- as.

Ep. ad finem precis eucharisticæ: Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, omnis honor et glória per ómnia sǽcula sǽculórum. *Omnes:* Amen.

Ritus communionis

Ep.: Præcéptis salutáribus móni et divína institutióne formáti audémus dicere: *Omnes:* Pater noster, *etc.*

Pater noster, qui es in cælis: sancti-ficé-tur nomen tu-um; ad-
véni- at regnum tu-um; fi- at volúntas tu-a, sicut in cælo,
et in terra. Panem nostrum cotidi- ánum da nobis hódi- e;
et dimítte nobis débi-ta nostra, sicut et nos dimíttimus debi-
tóribus nostris; et ne nos indúcas in tenta-ti- ónem; sed líbe-
ra nos a ma- lo.

Ep.: Líbera nos, quássumus, Dómine, ab ómnibus malis, da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri: exspectántes beátam spem et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi. *Omnes:* Quia tuum, *etc.*

Qui- a tu-um est regnum et potéstas et glóri- a in sácula.

Ep.: Dómine Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis *usque ad* Qui vivis et regnas in sácula sǽculórum. *Omnes:* Amen. *Ep.:* Pax Dómini sit semper vobíscum. *Omnes:* Et cum spíritu tuo.

5. **A**gnus Dé-i, * qui tól- lis peccáta mún- di :
mi-se- ré-re nó- bis. Agnus Dé-i, * qui tól- lis peccá-
ta mún- di : mi-se- ré-re nó- bis. Agnus Dé-i, * qui
tól- lis peccá-ta mún- di : dó-na nó-bis pá- cem.

Ep.: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt. *Omnes*: Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanábitur áнима mea.

Antiphona ad Communionem. Cant. vel Schola: (Francesco Cortecchia) Optimam partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ei. (*Confer Luc. 10: 42.*)

Ep.: Pópulo tuo, quæsumus, Dómine, adésto propítius, et, quem mystériis cælestibus imbuísti, fac ad novitátem vitæ de vetustáte transíre. Per Christum, etc. *Omnes*: Amen.

Ritus conclusionis

Ep.: Dóminus vobíscum. *Omnes*: Et cum spíritu tuo. *Ep.*: Sit nomen Dómini benedictum. *Omnes*: Ex hoc nunc et usque in sǽculum. *Ep.*: Adiutorium nostrum in nómine Dómini. *Omnes*: Qui fecit cælum et terram. *Ep.*: Benedicat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus. *Omnes*: Amen. *Diac.*: Ite, missa est. *Omnes*: Deo grátias.

Hymnus finalis

Cantor vel Schola: Veni Creador Spíritus. *Omnes*: Mentes tuórum vísa, etc.

Ve-ni Cre- á-tor Spí-ri-tus; Men-tes tu-ó-rum ví-si-ta;
2. Qui dí- ce-ri-s Pa - rá-clí-tus, Al-tís- si-mi do- num De-i,
3. Tu sep- ti-fór-mis mú-ne-re, Dí-gítus pa-tér-næ déx-te-ræ,
4. Ac-cén- de lu-men sén-si-bus, In-fún-de a-mó-rem córdibus,
5. Hos-tem re- pél-las lón-gi-us, Pa-cém-que do-nes pró-tinus:
6. Per te sci- á-mus da Pa-trem, Nos-cá-mus at-que Fí-li-um,
7. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, Et Fí- li- o, qui a mórtu- is

Im - ple-su-pér-na grá-ti-a Quæ tu cre- ás- ti péc-to-ra.
Fons vi-vus, ig - nis, cá-ri-tas, Et spi-ri- tá- lis ún- cti-o.
Tu ri- te pro mí- sum Patris, Ser-mó-ne di- tans gút-tur-a.
In- fir- ma nos-tri cór-po-ris Vir- tú- te fir-mans pér-pe-ti.
Duc- tó- re sic te prae- vi- o, Vi- té- mus om-ne nó-xi-um.
Te-que u-tri- ús-que Spí-ri-tum Cre-dá-mus om-ni tém-po-re.
Sur- réx-it, ac Pa- rá-clí- to, In sæ-cu- ló- rum sæ-cu-la. A- men.

Postludium

Louis Couperin – Chaconne

Præses: R.D.D. Thomas Ioannes Paprocki. Diaconus: R.P. Joachim Sedano. Lectores: Horatius Condorelli, Atria Larson, Carolus Donahue. Ministri ad altare: Scholastici Societatis Jesu. Dirigens scholæ: Stephanus Ball.

Textus: *Missale Romanum*, Editio typica tertia, © 2002; *Nova Vulgata*, Editio typica altera, © 1986; *Graduale Romanum*, Solesmis © 1979. Musica: *Missale Romanum*, Editio typica tertia, © 2002; *Liber Usualis*, Desclée & Socii, © 1961; *Liber hymnarius*, © 1983. Omnia iura vindicabuntur.

THE CHURCH OF ST. FRANCIS XAVIER

St. Francis Xavier (“College”) Church at Saint Louis University is both the church serving the university community and a parish in the Archdiocese of St. Louis. It has been staffed by members of the Society of Jesus (the Jesuits) since its foundation.

In 1836, Bishop Joseph Rosati gave the Jesuits permission to found a parish in conjunction with their recently founded college. The congregation met for several years in the College Student Chapel dedicated to St. Aloysius located on Washington Ave. between 9th and 10th Streets. Plans for a church building were soon begun, and on April 12, 1840, the cornerstone of the church was laid at 9th Street and Christy (Lucas) Ave. The church was dedicated to St. Francis Xavier, but from the beginning it was familiarly known as the College Church. It was the first English-speaking parish in the city and the second regular church to be opened for public services (the Old Cathedral was the first).

As the city grew westward, Saint Louis University decided to move with it. In 1867, property was purchased in Lindell’s Grove at Grand Blvd. (then Ave.) as a new site for the university. In 1879, Archbishop Peter Kenrick gave the Jesuits permission to build a new church on the site to replace the old one downtown. Plans were drawn up by the prominent architect Thomas Walsh, and on June 8, 1884, the cornerstone was laid. For many years, work on the church steadily continued as funds became available, and after Walsh’s death the project was taken over by the Chicago architect Henry W. Switzer. Fr. Henry C. Bronsgeest, S.J., pastor from 1884 to 1914, asked that the church be modelled after the Cathedral of St. Colman in Cobh, Ireland, which is a product of the neo-Gothic architectural revival of the nineteenth century.

A thorough restoration and renovation of both exterior and interior in 1986–1990 cleaned and highlighted the church’s Gothic details and brought the space into conformity with the requirements of the reformed liturgy—but in such a way that the Gothic quality was enhanced, not destroyed. The glory of any Gothic church is its stained glass windows, and the College Church is no exception. The windows in the apse were designed by Emil Frei, Jr., and installed in 1929; he considered them to be his masterpiece, and some say that they are the closest approximation to the windows of Chartres to be found in the United States. The windows in the nave, also made by Frei in 1936–1938, are chiefly devoted to the saints of the Society of Jesus. The windows in the transepts depict Christ’s place in education and in society, as well as Jesuit missionary activity in the Americas and beyond. The stunning rose window, formerly concealed by organ pipes, was made visible again by the renovation.

The College Church is a very active parish with many charitable outreaches to the local community. It also serves the spiritual needs of the faculty and students of the university. A great many of its faithful come from all over the city, far beyond its parochial boundaries, in order to listen to its beautiful choir, to hear its priests’ renowned preaching, and to experience the guidance of its Jesuit confessors.

*The organizers of the Congress would like to thank
the Rev. Daniel P. White, S.J., canonical pastor, for making our Congress liturgies possible, and
Prof. Charles Donahue, Jr., for his liturgical coordination and generous assistance with the programs.*